



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt Iudæ super Christianos non ponantur. xxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

quillitatem mens redeat, Nam commotionis tempore
stum putat ira quod fecerit.

*Quod laici presbyteros, qui Ecclesias illorum tenent,
non aliud quam diuinum officium facere cogant.*

Caput XXX.

*Ex dictis
August.*

Admonevos dilectissimi Deum timere, sacerdotibus
onorare, reddentes eis debitum sanctitatis, ut vobis
iuuātibus ipsi incōturbati valeant, atq; securi, salutaria pro-
dicare, & regulam atque vigorem Ecclesiasticum conferre,
ita clerici omnes suis subiaceant episcopis, & ab illis
ceantur. Præceptū quippe est à domino: Reddite quæ sunt
Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Apostolicum præcep-
tum vobis mando, ut nullus secularis clericū in summis
beat obsequium, sed illi cuius signaculum in capite habet
mente deseruiat, & corde, educatus in his quæ à suo præ-
piuntur episcopo. Detestabile est enim & iniquum operum
ricum in Iudis inueniri, aut cum accipitribus, vel ventu-
nibus degere vitam, tantisque scenicis causis fauciatum
episcopatum aut presbyterium, vel quibuslibet sacerdotum
officiis accedere, non bonis: sed malis vitiis plenum. Scri-
ptum nanque est: Qui diligitis dominū, odire malum. Nunc
& hoc hortamur Christianitatem vestram, ut iuxta sancto-
rum canonum instituta, nec Ecclesiis à vobis fundatis
liundè veniens presbyter suscipiatur, nisi à vestra Ecclesia
fuerit episcopo consecratus, aut ab eo per commendatitias
litteras suscipiatur. Multi enim sibi metipsis mendaces, im-
toties serui cuiusquam fugam arripientes, dominis suis
metipfos quasi consecratos presbyteros annunciant, qui
non sint. Sunt autem ministri diaboli & non Dei, & qui
suscipiunt similiter: quia scriptum est: Videbas furem,
cum eo currebas, & c.

Vt Iudæi super Christianos nō ponantur. Cap. XXXI.

*Ex cōcil.
Meldensi
cap. 3.*

NE Iudæi administratorio vsu sub ordine villicorum
que actorum Christianam familiam regere audeant,
nec eis hoc à quoquam fieri præcipiatur. Si quis vero
tra hæc agere præsumpserit, si episcopus, presbyter, aut
conus fuerit, proprio summoveatur gradu: si vero mo-
chus fuerit, communionem priuetur. Similiter & laicus. Et
perseuerauerint inobedientes, anathematizentur.